

Hermann Becker

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker/ Inf. Math. Prof. Publ. & ad D. Jacobi Pastor, Ad ... Panegyryn quam Vir ... Dn. Joachimus Fabricius, S. S. Theol. Doctor, Primarius Regii Carolini Gymnasiii Professor ... Filio suo desideratissimo Dn. Johanni Fabricio, S.S. Theol. Cultori Studiossimo, Hodie hora prima solenniter paratam exoptat Omnium ordinum Cives Academicos prolixè officioseq[ue] invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoratus die 17. Aprilis Anno 1672.]**

Rostochii: Kilius, [j.e. 1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447495>

Druck Freier  Zugang



Becker, H.,  
in  
**J. Fabricius.**

Rost. 1657.

54 1672







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
M. HERMANNUS  
Becker /

Inf. Math. Prof. Publ. & ad D. Ja-  
cobi Pastor,

*Ad LUCTUOSISSIMAM PANEGYRIN*

quam

*VIR Admodum Reverendus, Amplissimus,  
atque Excellentissimus*

DN. JOACHIMUS FABRI-  
GIUS, S.S. Theol. Doctor, Primarius Re-  
gii Carolini Gymnasii Professor, Vice-Superin-  
dens, ac totius Synodi Stetinenſis Præpoſitus  
graviffimus.

Filio ſuo deſideratiſſimo

DN. JOHANNI  
FABRICIO,

S.S. Theol. Cultori Studiosiſſimo,

*Hodie horâ primâ ſolemniter paratam exoptat*  
Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS prolixè  
officioſeq; invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univerſitatis Typogr. 1627.



Aruræ quidem ordo hoc postulare videtur, ut qui priores in Theatrum hoc vitæ ingressi sunt, priores ex eodem egrediantur. Hinc in Jure Civili, citius Senem diem supremum obire, quam Juvenem, firmiter præsumitur, & si contingat, liberos ante parentes vitâ defungi, *ordinem naturæ turbari in L. 15. ff. de inoff. testam.* appositè eleganterq; dicitur. Enimvero cum cana Capita, longoque senio inclinati viri decedunt, videntur illi jam confecisse spatium, at vero, qui prima, aut adolescenti ætate, aut quæ jam maximè sui plena est, extinguuntur, multo hos quidem diutius vivere potuisse existimes. Cœterum in hoc opere æterna mens, uti cum Senecâ loquamur, cuncta temperantis Dei vertitur, & mors neque tempus, neque personam respiciens, omnibus ex æquo incumbit. Hinc vere Poeta canit:

*Mista senum ac Juvenum densantur funera; nullum  
Sæva caput Proserpina fugit.*

Quemadmodum navim interdum improvisus vortex  
absor-

absorbet, ita mors atra, elegantissimos floridissimosq;  
Juvenes, in feralem suam redigit potestatem. In cau-  
sam hujus rei non curiosis vagabimur oculis, acquie-  
scendum enim est reverenter in pervestigabilibus DEI  
Judiciis, & interea quam maximè oportet, densatas  
funerū deductiones anxiam deliberatione pensare. Ne-  
farius miles est, qui sociis in acie passim cadentibus,  
securus lethi, in utramvis aurem otiosè dormitat. Ob-  
versantur proh dolor! nostris oculis tot documenta  
fragilitatis humanæ, abjecti ergo animi sunt, qui per-  
functoriè ea lustrant, nec memoriã mortalitatis, curio-  
sitate sedulæ mentis pascunt. Viatores, itinerise-  
aptantes, optimè norunt, semper pergendum esse,  
cum non nisi passibus continuo iteratis ad optatam ur-  
bem pervenire queant; Vita nostra peregrinationi  
simillima est, patria, ad quam tendimus, Cælum est,  
beatissimarum animarum sedes amplissima, in hoc ita-  
que itinere rectè conficiendo, plurimum facit, si die-  
bus noctibusque singulis, pietati prolixè litare, quoti-  
dieque in suscepto pietatis cursu fervidè pergere sve-  
vimus. Ætas hominum non temporis longitudine,  
nec annorum numero, sed optima vivendi ratione  
metienda est, hincque graphicè Seneca, *quomodo, in-  
quit, fabula, sic vita, non quam diu, sed quam bene acta  
sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas; Tan-  
tum BONAM CLAUSULAM impone.* Cur itaque  
miremur ac lugeamus tam citò beatissimæ recordatio-



nis Nostrum FABRICIUM rebus mortalium cre-  
ptum esse, quippe qui, cælestis patriæ exactissimam  
habens rationem, hanc ærumnarum vallem feliciter  
clausit, & solutâ tantummodo per mortem contagio-  
ne corporis, vitæ sempiternæ, cælestique gloriæ est  
redonatus. Nos autem ejus vitæ historiam (vero mo-  
re exequemur, atque ita piè defuncti memoriam,  
quantum in nobis est, ab interitu vendicabimus. Pro-  
diit itaque in huncce caducam vitam DN. JOHAN-  
NES FABRICIUS, S. S. Theol. & Philos. Stud. anno  
1653. die 6. Jan. circa tertiam matutinam, Stetini Pome-  
ranicarum omnium urbe celeberrimâ; Patre nimi-  
rum, Viro admodum Reverendo, Amplissimo, atq;  
Excellentissimo DN. JOACHIMO FABRICIO,  
S. S. Theol. Doctore, primario Regii Carolini Gym-  
nasii Professore, D. Mariæ Pastore Vigilantissimo, Con-  
sistorii Assessore gravissimo, & Vice-Superintendente  
ac totius Synodi Stetinensis Præposito merentissimo.  
Matre ELISABETA FABRICIA, fœminâ ornatissi-  
mâ ac omnium virtutum Exemplari; Avum paternum  
nactus est, DN. ADAMUM Schmidt / in Civitate Mar-  
chicâ Lindoviensi Senatorem prudentissimum, ac Bi-  
bliopolam eximium. Aviam paternam CATHARI-  
NAM Herings / fœminam honoratissimam. Avus  
Maternus extitit, Vir admodum Reverendus, Amplif-  
simus, atque Excellentissimus, DN. JACOBUS FA-  
BRICIUS, S. S. Theol. D., Regii Pedagogii Primarius  
Pro,

Profector, in Æde D. Mariæ dicatâ Pastor vigilantissimus, ac per viginti annos Generalis Superintendens Pomeraniæ ulterioris famigeratissimus. Avia Materna ESTER MICRELIA, DN. D. JOHANNIS MICRÆLII p. m. Celeberrimi quondam Theologi, ac Philosophi, ut & Rectoris Gymnasii Stetinensis bene merentissimi, Soror dilectissima, integris, & incontaminatis moribus fœmina. Cumque Vir prælaudatus vadimoniū Sacri fontis subiret, Nostro Nomen JOHANNIS inditum est. Hisce radicibus nobilissimis, FUNCTUS adscripsit primordia ortus sui, felicissimus & gloriosus vel exinde Jure censendus, nisi hunc generis splendorem propriis virtutibus illustriorem reddere maluisset. Postquam igitur per lavacrum regenerationis in SPIRITU SANCTO renatus, & corpori CHRISTI JESU, quod est Ecclesia, insertus sit, continuò dein, quum ætas unquam passura videretur, totum se Numinis divini assiduo cultui & erga Parentes reverentiæ devovit; Unde non immerito factitatum uti parentes NOSTRUM, una cum duobus natu maximis fratribus, Præceptorum domesticorum, quos ipsi præfecerunt, industria, atq; liberalibus literis quam studiosissimè curarent erudiendum. Usus enim FUNCTUS præclare operâ sua fungentibus. DN. HENRICO REINECCIO, D. Petri Stetinensis templij Sacellano eximio, DN. M. ERNESTO Rönig/ Rectore Gymnasii Thornensis præclaro, &

106 3

DN. JO-

DN. JOHANNE PENNERO, p. m. quondam Re-  
ctore Scholæ Perlenbergensis industrio. Quibus o-  
mnibus non otiosus *Noster* adsedit auditor, sed tantos  
divinâ annuente gratiâ in linguâ Latinâ, Græca, & He-  
bræa, quin imo in Logicis, Rhetoricis, Arithmeti-  
cis Geometricis, Ethicis, aliisq; disciplinis, fecit progres-  
sus, ut in Scholam Senatoriam Stetinensem introducto.  
Rector M. DANIEL Schütze / continuo Locum ali-  
quem in suprema classe assignaverit. Hic per quatuor  
ferme annos subsistens NOSTER, indefesso studio  
lectiones tam publicas quam privatas quam accuratiss-  
simè observavit, & manu-ductioni DN. Conrectoris  
M. HUBENERI se commisit. Postea anno 1667. men-  
se Novembri à DN. Rectore M. ANDREA GOTHO-  
FREDO AMMONIO, in Gymnasium Carolinum,  
receptus est, cujus, cæterorumq; ibidem existentium DN.  
Professorum lectionibus publicis assidue non solum,  
interfuit, verum etiam Opponentium & Responden-  
tium munia, masculè subiit ac strenue etiam executus  
est, uti hoc Catalogi Exercitiorum apertissimè de-  
monstrant. Quoniam autem NOSTRI animus ad  
Studium Theologicum quam avidissime inclinaret, in  
habendis concionibus suam impendit operam. Pero-  
rantem autem in patriæ suæ Æde Divi Petri & Divæ  
Gertrudis, Deusegregiis donis exornavit. Quamdiu  
FUNCTUS in natali suo hæsit solo, Parentem, novercam,  
consanguineosque filiali ac debito obsequio profes-  
tus

tus est. Et ab omnibus quibus familiariter usus est, eximie habitus fuit. Haustus perceptisve in Patria literis, huc Rostochium in uberiora studia tum consensu DN. Parentis tum DN. Tutorum, scilicet DN. LUDOVICI JACOBI, Pastoris Jacobæi & DN. M. BALTHASARIS Karstorffen/ Pastoris Petri; ante annum ferme missus est. In quo quondam prædicti Viri studiorum telam impigrè pertexerant & ubi *Nostri* DN. Parens, Anno 1640. Magisterii Philosophici laureâ publicè coronatus & Anno 1651. gradu Doctorali condecoratus est. Commendavit Parens FUNCTUM, DN. NICOLAO Maesen/ suo quondam discipulo, nunc Civi hic primario ac D. Jacobæi Templi præfecto integerrimo, qui illum hospitio excepit. Cooptatus Noster albo nobilissimæ Studiosæ Juventutis ab Excellentissimo atque Experientissimo DN. JOHANNE Bacmeister/ Med. D. & P. P. tunc Rectore Magnifico, lectiones publicas singulari studio frequentavit, & post DEI maximi cultum, bonis artibus, ac disciplinis animum conformavit, quæ ipsum sine dubio, ipsiusque excelsam generosamque mentem, à vitiorum sordibus & effrenatis cupiditatibus ad honestatem, atque dignitatem summam elevassent, nisi fatalis ordo metam vitæ ulterioris posuisset. Die enim 22. Martii in solito frigore obrutus; sub initium siquidem DN. Professores publicè legentes auscultavit, ingravescente vero morbo, membra sua mollissimis plumis immergere coactus fuit. Itum quidem est continuo ad prælaudatum DN. BACMEISTERUM; qui ea remedia quæ debellando morbo factura esse arbitrabatur, nunquam satis laudatâ vigilantia admovit, sed vis morborum humanâ ope potentior facta, elusit, proh dolor! & DN. Medici studium & à Dno. *Maesen Functi* hospite adhibitam diligentiam. Quocirca Noster, navandam sibi ante omnia operam censuit uti cum Deo penitus reconciliaretur; Nos itaque qui functo à Confessionibus hætenus fuerimus, die

28. Mar-

28. Martii accersi curavit, cumque ejus maximam animi devotionem seriamque poenitentiam animadverteremus, decumbentem Sancto Viatico Domini refocillavimus. Quo facto Functus post aliquot dies inter adstantium preces placidissimo mortis genere resolutus est. Postquam nondum vigesimum explevit annum. Cujus tam celerem ex hoc mundo abscessum, quod Parentes honoratissimi hic, si non corpore certe animo tristissimo praesentes lugeant, ignoscimus quidem moerori, atq; pietatis paternae gloriam concedimus, verum etiam modum tristitiae imponere ac gemitus comprimere fas est, tantoque ferre patientius absentiam FABRICII vestri debebitis, quanto certiores estis, non *perdidisse* vos eundem, sed lucratos esse, praemisisseque eò quo ipsi etiam suo tempore subsequemini. Deus est qui vitam mortemque pro suo sanctissimo dispensat arbitrio; ei consilii rationes probe constant, quas quia mutare aut corpore est nefas, tolerare oportet placido nec reluctante pectore. Nos igitur *Cives Academiae*, quae nostrarum partium sunt minime negligemus, stipatâque catervâ *Studentiosum Funus* deducemus, quod ut promptissime expediatis prolixè officioseque rogamus.

P. P. sub Sigillo Rectoratus die  
17. Aprilis Anno 1672.

*Convenietur in Aede D. Jacobo sacrâ horâ primâ.*













tus est. Et ab omnibus quibus familia  
 birus fuit. Haustus perceptisve in Pat  
 um in uberiora studia tum consensu  
 Tutorum, scilicet DN. LUDOVIGI  
 cobæi & DN. M. BALTHASARIS  
 trini; ante annum ferme missus est.  
 dicti Viri studiorum telam impigrè pe  
 DN. Parens, Anno 1640. Magisterii Ph  
 cè coronatus & Anno 1651. gradu Doct  
 Commendavit Parens FUNCTUM, DN  
 suo quondam discipulo, nunc Civi hic  
 Templi præfecto integerrimo, qui illu  
 optatus Noster albo nobilissimæ Studio  
 lentissimo atque Experientissimo DN.  
 stern/ Med. D. & P. P. runc Rectore M  
 blicas singulari studio frequentavit, &  
 tum, bonis artibus, ac disciplinis anim  
 ipsum sine dubio, ipsiusque excelsam g  
 â vitiorum sordibus & effrenatis cupidi  
 atque dignitatem summam elevassent,  
 vitæ ulterioris posuisset. Die enim 22  
 obrutus; sub initium siquidem DN. Pr  
 tes auscultavit, ingravescente vero m  
 mollissimis plumis immergere coactus  
 continuo ad prælaudatum DN. BAC  
 ea remedia quidem quæ debellando  
 trabatur, nunquam satis laudatâ vigi  
 morborum humanâ ope potentior fac  
 & DN. Medici studium & à Dno. M  
 hibitam diligentiam. Quocirca Noste  
 omnia operam censuit uti cum Deo pe  
 Nos itaque qui functo à Confessionibus

st, eximiè ha  
 uc Rostochi  
 is tum DN.  
 Pastoris Ja  
 Pastoris Pe  
 ondam præ  
 ubi *Nostri*  
 ureâ publi  
 coratus est.  
 O Maesen/  
 D. Jacobæi  
 exceptit. Co  
 tis ab Excel  
 E Bachmei  
 ctiones pu  
 maximi cul  
 navit, quæ  
 ne mentem,  
 onestatem  
 rdo metam  
 ito frigore  
 blicè legen  
 mbra sua  
 quidem est  
 RUM; qui  
 ra esse arbi  
 vit, sed vis  
 roh dolor!  
 hospite ad  
 n sibi ante  
 nciliaretur;  
 erimus, die  
 18. Mar-

